


Schumacher, Franz
De Ioanne Katrario Luciani
imitatore

PA
5319
K3S3
1898





A

B. S. Perry Oct. 1924

DE IOANNE KATRARIO LUCIANI IMITATORE.


DISSE^TAT^O PH^ILOLOGICA
QUAM AD SUMMOS IN PH^ILOSOPHIA HONORES
RITE IMPETRANDOS
AMPLISSIMO IN UNIVERSITATE FRIDERICIA G^UIEL^MA
PH^ILOSOPHORVM ORDINI
TRADITAM UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE I MENSIS AUGUSTI ANNI MDCCCXCVIII HORA XII
PUBLIC^E DEFENDET

FRANCISCUS SCHUMACHER
COLONIENSIS.


ADVERSARI^E EX OFFICIO ERUNT
HERMANNUS DISSELBECK, CAND. PHIL.
RICARDUS HOLTZ, CAND. PHIL.
AUGUSTUS SCHMIDT, CAND. IUR.

BONNAE,
TYPIS P. HAUPTMANNI
1898.

PA
5317
K353
. 898



P A T R I C A R I S S I M O
S.



Praefatio.

Proxima hieme in universitatis Bonnensis programmata (Natalic. imperat. a. 1898) Antonius Elter ex codice Taurinensi duos edidit dialogos qui inscribuntur Ἰωάννου τοῦ Κατραρίου Ἐρμόδοτος ἢ περὶ κάλλους et Μουσουλῆς ἢ περὶ ἀριστου βίου. Ex multis adnotationibus editioni adiectis, ultero apparet aliquam rationem interesse inter scriptorem dialogorum et Lucianum, celeberrimum alterius post Christum saeculi. His exemplis collatis etiam si dubium non est, quin scriptor Luciani libros legerit et secutus sit, tamen opus erit primum omnia Lucianeae lectionis vestigia ex dialogis congerere, ut accuratius deinde perspicere possimus, qua ratione Luciani libris usus sit. Neque talia disquirere in scriptore quamvis parum cognito aut praeclaro inutile esse videbitur. Nam hac re primum fortasse non nihil efficitur ad dialogos ipsos explicandos et ad naturam scriptoris genusque cognoscendum. Et sunt re vera multa in dialogis, quae ut explanentur postulant. Neque enim constat, quis aut qualis sit scriptor ille, qui in codice Taurinensi audit Ioannes Katrarius, neque qua aetate scripti sint dialogi compertum habemus. Accedit quod eodem codice Taurinensi continetur tertius dialogus, qui inscribitur Ἐρμιππος ἢ περὶ ἀστρολογίας, quem primum Bloch Havniae a. 1830 et nuper ad fidem codicis Vaticani (saec. XIV) Kroll et Viereck Lipsiae a. 1895 ediderant. Atque cum a librario codicis Taurinensis eidein Katrario Hermippus dialogus attribuatur, si etiam in hoc dialogo vestigia Luciana inesse demonstraverimus,

omnes tres eiusdem scriptoris dialogos esse veri iam similius erit. Postremo, cum aetatem genusque scriptoris detiniverimus, etiam ad historiam studiorum Lucianeorum aliquid conferemus. Quamquam dolendum est plenam horum studiorum historiam adhuc diei emanatam non esse, cum ii qui studiis Lucianis et Byzantinis operam naverunt, hacc modo attigerint.¹⁾

Dissertationem hanc ita instituam, ut primum partes totas, quae in singulis dialogis ex Luciano sumptae inventiuntur, componam et deinde omnia Luciana vestigia minora adferam; in fine huius dissertationis adponam, quid ex imitatione Luciani ad aetatem genusque Katrarii definitiendum efficiatur.

¹⁾ Omnia quae haec de re scripta sunt congesta reperies in Krumbacheri Gesch. d. byzant. Litt.² ind. s. v. Lukianos.

I. De Hermodoto dialogo.

a. De Katrarii Hermodoto et Luciani Amoribus.

Quanto studio Katrarius Luciani dialogos legerit et exhauserit, praecipue in Hermodoto cerni potest; atque inter eos libros, qui Luciani nomine feruntur, maxime scriptorem, cum Hermodotum componeret, adlexerunt Amores. Nimirum hic dialogus simili est argumento atque Hermodotus, quoniam in utroque de amatoria re agitur. Quae sint et Amorum et Hermodoti argumenta, breviter perstringam.

In Amoribus Lycinus et Theomnestus finguntur inter se colloquentes de amore atque oritur controversia, utrum in pueros an in mulieres sit praestantior amor. Lycinus hanc quaestionem facile se diiudicare posse putat, cum narret certamen aliquod, cui interfuerit, quo duo amici Callicratidas et Charicles de eadem re certaverint; horum alterum in pueros, alterum in mulieres insanivisse. Quorum orationes se quasi iudicem audi-
visse; eandem partem, dum Lycinus relatus est, Theomnestus suscipit. Defendunt autem Charicles mulierum, Callicratidas puerorum amorem continuis orationibus, quibus Lycinus suum iudicium addit, cum Charicli assentiatur, ita ut etiam Callicratidae orationem collaudet. In fine dialogi Lycini iudicium a Theomnesto confirmatur.

Haud longe diversum Hermodoti est argumentum. Aristocles Menedemo amico de Celta quodam corporis et magnitudine et pulchritudine insigni narrat, quem in urbe viderit. Menedemo, ut illum videret, non contigerat. Aristocles ubi primum illum vidit, cum Apollonide medico ad Hermodotum sophistam se contulerat, cui de Celta referret. Illum autem miratum, quod adeo corporis pulchritudine commoverentur, exposuisse orationes duas, quarum priorem amicus, posteriorem ipse habuisset. Has orationes Aristocles Menedemo refert. Priore autem oratione corporis pulchritudinis causa dicitur, posteriore refutatur. Denique in fine Hermodoti dialogi Menedemus et Aristocles ipsi suum iudicium addentes singuntur, cum Hermodoto quidem assentiantur, sed etiam adversarii eius orationem laudent.

In utroque igitur scriptore, et in Luciano et in Katrario, non dialogus ipse habetur, sed dialogi iam habiti referuntur: tum in utroque sententiae inter se contrariae duabus continua orationibus opponuntur, deinde in fine iudicium additur.

Neque in his rebus verborum consensus abest: Hd. 130 sq. ἐγὼ δὲ ὥσπερ τις Ἐλλανοδίκης κρίτης καὶ βασιλιστής καθεδόμυαι καὶ οὐδὲ ἀντειπεῖν ὄκνησο εἰ τι μὴ καὶ τοις λέγειν δύξεις, quibuseum cf. Amor. 5 ή μὴν ἔγωγε αντεικῆς καθεδόμυαι τοι καὶ ἀντερῷ γη τι μοι δοκῇ μὴ ὀρθῶς λέγεισθαι: et 18 ἐν μέσῳ πάντοι δικαστικῆς κατίεξόμην.

Hd. 1206 sq. εἰ γοῦν καὶ σὺ παρῆσθα, τίνι δὲ μάλλον προσέθου: cf. Amor. 53 σὺ δέ, ω Θεόμυγρε, εἰ δικαστής τοι γένθα, τίνι δὲ ἀπειρήσθαι: — Hd. 1203 et Amor. 50 δικαστής λόγων praeceps laudatur.

Sunt tamen etiam aliae in orationum structura similitudines inter Hermodotum et Amores. Incipit enim prior in Hermodoto oratio ab iisdem fere verbis atque oratio Callicratidae. Hd. 135 sq. ἐγρῆγε μὲν, ἔφη, Λοχίον

καὶ Ἀκαδημίας ἐπιμνησθῆναι πρῶτον ἡμᾶς, ὅπου γε Σωκράτης καὶ Ηλάτων τοὺς καλοὺς ἐδοκίμαζον cf. Amor. 31 Εὐξαίρηγ
γὰρ ἀν εἴπερ ἦν ἐν διηγατῷ τὴν ἐπήκοον ποτε τῶν Σωκρατικῶν λόγων πλατάνιστον, Ἀκαδημίας καὶ Λυκείου δένδρους εὗτι γέστερον κτλ. (ex altera parte Hermodoti orationis initium cum Charicle conferri potest). Hd. 661 sq. καλῶ δὲ ἔγωγε ἐπὶ τούτον τὸν λόγον τὴν ἀρχέγονον καὶ συνεκτικὴν πάντων αἰτίαν ἐν ἀπλοῖς ὄροις τὰ πρῶτα τῶν ὄντων στήσασαν κτλ. cf. Amor. 19 ἔγωγ' οὖν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου τὴν προμήτορα καὶ πάσης γενέσεως πρωτόρρειζον ἐπικαλοῦμαι . . . ἢ τὰ πρῶτα πηξαμένη στοιχεῖα κτλ.; praedicatur deinde in utroque scriptore aureae, vituperatur sequentis aetatis vita. Hd. 674 sq. cf. Amor. ib.; item in sequentibus utriusque verba concinunt, Hd. 687 sq. εἰς μηδὲ εὐπρεπὲς ῥηθῆναι βάραθρον αἰσχύνης κατώλισθεν cf. Amor. 20 εἰς τὰ τῆς ἡδονῆς καταβαίνων βάραθρα et 21 μέγρι τῆς οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεπῶς γόσου κατώλισθεν.

Simili ratione uterque scriptor in altera oratione priorem illudit; Hd. 650 sq. μᾶλλον δὲ οὕτ' ὃν Νιρεὺς οὔτε Γανυμήδης εἴ τις σφίσιν ἐνεδίδου περὶ αὗτῶν τοιαῦτά μοι δοκοῦσιν εἰπεῖν. Amor. 50, ubi de feminis, quarum causa in priore oratione dicta est, legitur σχεδὸν γὰρ οὐδὲ αὐταὶ περὶ αὗτῶν ὁπόσαι προϊγειν κατὰ σοφίαν ἐδόκουν, εἴ τις αὐταὶ τὴν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν ἐφῆκεν, οὕτω μετὰ σπουδῆς ἀν εἰπον.

Deinde similibus verbis ab altera ad alteram orationis partem uterque scriptor transit; Hd. 693 ἐπεὶ δὲ ταῦτης ἀφορμῆς ἀσμενος λαβόμενος εἰς ποιητὰς ἀναφέρεις καὶ φιλοσόφους, ἐκεῖνό γε πρῶτον ἀν εἰπεῖν ἔχοιμι cf. Amor. 31 ἐπεὶ δὲ οἱ παρὰ τούτοις καὶ φιλοσοφεῖν ὑπὲρ γυναικῶν ἐπειγούμησαν, ἀσμένως τὴν ἀφορμὴν ἤρπαξα. Atque iterum Hd. 735 sq. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν τοιούτων ἀνδρῶν φιλαπεγμηρόνως καθάπτεσθαι ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω, quae eadem leguntur Amor. 24.

Postremo res, quas scriptores ad sententias suas comprobandas adferunt, consentiunt. Duplex amor distinguitur Hd. 1028 sq. = Amor. 37 (cf. quae Elter ad hunc locum adnotavit). In enumerandis iis, quae ad pulchritudinem sicutam homines adhibent eum Luciano facit Katrarius; Hd. 907 sq. κατακοσμεῖν τὰ διατυχή πρόσωπα cf. Amor. 39 κατακαρμακένωσαι τὰ διατυχή πρόσωπα. — Hd. 913 sq. τὰς παρειάς ἐρυθρίνειν cf. Amor. 41 τὰς ἀναισχύντων παρειάς ἐρυθρίνειν. — Hd. 915 sq. τὰς κόρης καταδίγειν cf. Amor. 41. — Hd. 917 sq. καρδια καὶ λεπτίδας καὶ προγόνους μεστὰ παντοδαπῆς κακοδαιμονίας cf. Amor. 39 λεπτίδας ἀργράδας καὶ προγόνους ἔσοπτρά τε . . . ἀγγεῖα ρεστὰ πολλής κακοδαιμονίας. De amante dicitur Hd. 939 sq. τακερόν τι καὶ ὑγρὸν τοῖς ὅμμασιν ὄψεται cf. Amor. 14 τακερόν τι καὶ ὕσον πάθος ἐν τοῖς ὅμμασιν ἀνηργασίνων.

Eodem pertinent haec exempla, ubi res et verba consentiunt. Hd. 672 sq. γεγονότα παρὰ τῆς προνοίας ἀκίνητα μένει cf. Amor. 22 μένει δὲ ἀκίνητα τῆς προνοίας τὰ δεῖγματα. — Hd. 815 ὑπὲρ διν καὶ λέγειν αἰσχύνομαι et 885 σεμνοῖς δὲ ὀνόμασιν αἰσχύρᾳ συγκαλήπτωσαι ἀναίδητη διὰ πάσις ἀκολασίας πομπείωνται cf. Amor. 28 τὸ δὲ εἰς ἀκοὴν ταπεινίοις ἔργον ὄνομα — αἰσχύνομαι καὶ λέγειν — τῆς τριβακῆς οὐσίειας ἀναίδητη πομπεύεται. Cf. etiam Hd. 1146 sq. οὐκ οὖν φύγεις ἔργον ἔστιν τὸ τοῦ σώματος: cf. Amor. 24 οὐκτῆς πρετήρης λέγονται τὴν τοῦ σώματος ἐνπρέπειαν.

Cum his cohaeret, quod eadem exempla ex historia Graecorum ab utroque scriptore proferuntur, quae licet ex parte in simili arguento tritissima sint, verbis tamen plerumque affinitatem produnt. Hd. 143 = Amor. 24 Alcibiades et Phaedrus adulescentes pulcherrimi componuntur. — Hd. 763 sq. Ηἵθια θεσπίζοντα ἀνδρῶν ἀπάντων Σωκράτη ταρφτατον οὐκ ἐμένεστο cf. Amor. 48 Υπερηφέντες τέλος πληθεῖας οἱ Ηἵθιοι ἐπέτειντεν ἀνδρῶν ἀπάντων

Σωκράτης σοφώτατος (cf. Salt. 25) — Hd. 1023 Σωκράτης (cum Alcibiade) ὡφ' ἐνὶ γιτῶνι προβεῖς cf. Amor. 49 et 54. — Hd. 968 Θηραμένης ὁ Κόθοργος cf. Amor. 50.

In fine huius capitinis etiam singula verba quae ex Amoribus Luciani sumpta esse videntur adferam: Hd. 442 ἔγαν ἄριστ' ἔχον ἐστίν cf. Amor. 9 καλῶς ἔχον ἐστίν.

Hd. 690 ἐπικτήτοις σοφίζουσιν cf. Amor. 38.

Hd. 724 τίς γὰρ ἂν εἴ τρονῶν ἀκούειν ἀνάσχοιτο et 826 τίς οὖν τοσοῦτον ἀγάσχοιτο κάθαρμα cf. Amor. 38 τίς γὰρ ἂν εἴ τρονῶν ἀνέγεισθαι δύναιτο.

Hd. 768 ἀκακος ψυχή cf. Amor. 32.

Hd. 775 πρὸς τὸ τέλειον ἀνδρῶται cf. Amor. 32.

Hd. 784, θείας ἀρετᾶς διὰ θυητοῦ διώκοντα σώματος cf. Amor. 46.

Hd. 994 sq. τῶν τοῦ Διὸς τακτηρων τιμῆτας cf. Amor. 17.

Hd. 995 ὁ γε ἀδικίας καὶ ὅβρεως πλατείας ὁδοὺς κατ' ἀνθρώπους ἀγέφεε cf. Amor. 27 διπλασίας ἀπολαύσεως ὁδοὺς ἀνοίξαντα (cf. 27 ὁδοὺς τρυφῆς).

Hd. 1032 σεμνός τις πάντοθεν ἰδεῖν et 1171 σεμνόν τι καὶ περισπονδατον θέαμα et 417 sq. διαπρόσιτόν τι καὶ κρείττον διφθῆγαι θέαμα cf. Amor. 37 σεμνὸν διφθῆγαι καὶ πάντοθεν ἴεροπρεπὲς θέαμα.

Hd. 110 Ιὔγος τῇ ψυχῇ καταλιπών ἄπειτι cf. Amor. 53 ἀπέστη μηδὲν ὑπονοίας Ιὔγος καταλιπών.

b. De Hermodoto et Luciani Imaginibus.

Postquam unum Luciani dialogum a Katrario paene exhaustum esse constat, circumspiciendum erit, etiamne ceteros Luciani dialogos scriptor noverit. Atque ut Amorum ita Imaginum quoque argumentum quodammodo Hermodoto simile est. Nam in hoc Luciani dialogo agitur de cuiusdam mulieris pulchritudine, quam Lycinus et

Polystratus laudare student; laudant autem ita ut ex artificium et poetarum operibus pulchritudinis insignia sumant et pulchrae illi mulieri attribuant. Non mirum igitur est in singulis et rebus et verbis similitudines nonnullas inter Hermodotum et Imagines inveniri.

Atque corporis pulchritudinis signa proferuntur Hd. 561 sq. Κάλλος γάρ οὐ μόνον παρειῶν ἄυθος φημὶ καὶ κομήγη ἔστιτὴ καὶ γλωτταν ἢ τῶν ὀφρύων τὸ εὔγραμμον καὶ τῶν γείλέων τὸ ἐρευνῆς καὶ τῆς ῥυός τὸ εὐκαμπὲς καὶ τὸ τῶν ὄφράτων γραπόν καὶ γλαυκὸν ἄμα τῷ φαιδρῷ καὶ κεγχρισμένῳ κτλ. cf. Imag. 6 καὶ τὰ μὲν ἀμφὶ τὴν κόμην καὶ μέτωπον ὀφρύων τε τὸ εὔγραμμον . . . καὶ τῶν ὀφράτων δὲ τὸ ὄφρόν ἄμα τῷ φαιδρῷ καὶ κεγχρισμένῳ . . . παρειῶν τὸ ἀπαλόν et τὸ παρειῶν τὸ ἐνερευνῆς et 14 τὸ εὐκαμπὲς τῶν μελῶν. — Hd. 594 sq. Καὶ ὅτῳ οὐκ ἐπανθεῖ ἐρύθημα cf. Imag. 7. γρὴ καὶ τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν.

Pulchritudinem sceleris non esse causam legimus Hd. 337 sq. ὅπου γε καὶ λγρετὰς καὶ τογχωρύγων ὄρδιμεν καὶ μὴ μορφῆς καὶ ιδέας εἴ τοι γράπτας ἀλλ' οὐδὲν γέτον ὄντας κακοίς. cf. Imag. 11 ἀμέλει πολλὰς ἂν σοι δεῖξαι μορφῆς μὲν εἴ τοι γράπτας (an ἐγόρτας legendum?), τὰ δὲ ἄλλα τογχωρύγων τὸ κάλλος.

De apparatu pulchri illius Celtae legitur Hd. 12 καὶ τὴν ἄλλην περὶ αὐτὸν παραπεινὴν πλεῖστον ἀξίαν θαύματος cf. Imag. 2 de mulieris pulchrae καὶ ἡ ἄλλη περὶ αὐτὴν παραπεινὴ λαμπρά.

Proverbii loco dictum est Hd. 94 sq. οὐ δέ μοι φανῇ καὶ πρὸ τοῦ σώματος τὴν ἑταῖτα θαυμάζειν cf. Imag. 11 ὅταν εἴ τις τὴν ἑταῖτα πρὸ τοῦ σώματος θαυμάζοι; item Hd. 644 sq. μὴ καὶ τέττιξιν ἢ κόκκοις παραβληθεῖται Imag. 13 ὅρα μὲν σιωπῶν καὶ τέττιξι καὶ κόκκοις. — Hom. B 478 legitur Hd. 168 sq. ὄμματα, φτεροί, καὶ κεφαλὴν ἵκελος Διὸς τριπλασίην, locus quidem communis qui recurrit Imag. 25.

Dictionis singulorumque verborum similitudines hae sunt: Hd. 69 sq. υὴ φθονήσῃς τοιαύτης ἀφέροσίας ἐμοὶ cf. Imag. 1 οὐ γὰρ ἂν φθονήσαις ἥμπν τῇς θέας. — Hd. 148 sq. οἱ (sc. poetae) πᾶν ὅσου μέτροις κοσμήσαντες ἀνθρώποις παρέδωκαν δῆλον ως ἐκ τῶν ψυχῶν ἐπιπνοίας παραλαβόντες ἔξενηγόγχασιν et 432 καὶ ὅσοις τι μένος παρὰ ψυχῶν ἐγεπνεύσθη cf. Imag. 16 ὄπόσα τῇ ποιηταῖς μέτροις διακοσμήσαντες . . . ἔξενηγόγχασιν et 23 ταῖς παρὰ μουσῶν ἐπιπνοίαις (cf. etiam Anach. 8 et 21). — Hd. 653 sq. πάντα . . . ἐς τὸ ἀκριβέστατον συμπεφυρηκώς cf. Imag. 7 πάντα ἐς τὸ αὐτὸν συμπεφυρηκώς. — Hd. 1134 πρόσωπον ἡρέμα πεφοινιγμένον cf. Imag. 8 ἐλέφαντι ἡρέμα πεφοινιγμένος.

c. De Hermodoto et Luciani qui fertur Charidemo.

Cum in Charidemo qui inter Luciani scripta traditur, quamquam Luciani non est, de pulchritudine agatur, aliquis suspicetur etiam huius dialogi, siquidem Katrarius illum cum Luciani libris legerit, vestigia in Hermodoto inveniri nemo mirabitur. Sane alia ratione Charidemi scriptor rem tractat atque Hermodoti; nam in cena tribus orationibus continuis pulchritudinem laudatam et Charidemum aliquem has orationes referentem fingit. Sed in singulis multa occurrunt inter Charidemum et Hermodotum similia quae deinceps perlustrabimus.

Hd. 100 sq. καὶ τί ἐποιεῖς μᾶλλον ἀνθρώποις λίσιον, τῷ τῷ κρείττονι παραδείγματι τὴν φύσιν ἀνέπειξαμεν: cf. Charid. 25 σχεδὸν δὲ ως εἰπεῖν πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις πραγμάτων ὕσπερ κοινὸν παράδειγμα τὸ πάλλος ἐστίν.

Hd. 107 καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων τὸ πάλλος σπουδάζεται et 234 πρὸς θεῶν καὶ ἀνθρώπων τὰ εἰκότα τιμῆσθαι et 195 σύκοιν ὅπου τὸ πάλλος παρ' αὐτῷ τοῖς θεοῖς ἀνατέθεται καὶ μόνον λιταίσταν κέντριται, πῶς οὐ καὶ παρ' ἥμων ἐπαίνων γένοιτ' ἀντίον et 221 sq. ως κάκείνων

πλεῖστα καὶ τῷώντων καὶ τεῖσιμένων cf. Charid. 6 (οἱ καλοὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων τὰ εἰκότα τετυγμένοι et 12 κάλλοις περισπούδατον τοῖς θεοῖς εἰ τοίνου οὗτοι θεῖοι καὶ τεμνόν . . . τοῖς θεοῖς, πῶς ἂν γῆται ἔχοι καλῶς μὴ καὶ αὐτοῖς ρηματιγένως.

Hd. 154 sqq. οὗτος (sc. Homerus) τοίνυν . . . οὐ γάρ οὐ θεοῖς πάντας ὡς εἰπεῖν ἐκ τοῦ κάλλους ἐπονομάζων τοις ὅταν λέγῃ θεῶπιν Ἡραν καὶ γλαυκῶπιν Ἀθηγᾶν καὶ γριτῆγον Ἀφροδίτην καὶ Θέτιν ἀργυρόπεζαν κτλ. cf. Charid. 11 τοιάντην ἐπιμέλειαν δὲ πεποίηται καὶ σπουδὴν (sc. αἱ θεοί) ἀκούειν εἴναι καλοῖς ὅτε καὶ τῶν γράφων τε κοσμήτορα καὶ θεῶν ποιητὴν οὐκ ἄλλοθέν ποθεν ἢ παρὰ τοῦ κάλλους πεπείκαστον ὄνομαζειν velut λευκώλενος ἢ Ἡρα, Ἀθηγᾶ γλαυκῶπις, Ἀφροδίτη γριτή κτλ.

Hd. 267 οἷον ἀνδρεῖα καὶ φρόνησις καὶ σωφροσύνη . . . καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀγαθοῖς ἔστιν ὅτε καὶ βασκαίνομεν. τοὺς δὲ καλοὺς πάντες ὡς εἰπεῖν θεραπεύουσιν cf. Charid. 23 τοῖς μὲν οὖν δὲ ἀνδρεῖσιν ἢ . . . προσῆγειν δοκοῦσι βασκαίνομεν γάλλον. καλοὺς δὲ οὐ μόνον οὐ φιλοοῦμεν. ἀλλ' εὐθὺς τε λόγυτες ἀλιταρόμειτα . . . δουλεύοντες αὐτοῖς.

Hd. 640 sq. ἀλλὰ μὴν εἴ τινα θυγητὸν εἰς οὐρανὸν μετενγεγμένον ἐν ἄστροις ἀριθμεῖσθαι φασι. κάλλους εἶνεντα τοιάντην τὴν γάρων εἰληφει et 806 sq. διοι: δὲ ἀνάρπαστοι γεγονότες ὄμηλοις ὡς φῆσις κρείττονος ἔτυχον . . . ίσμεν ἐφ' οὓς ἐλαττικάν cf. Charid. 7 ἀλλὰ μὴν δοτις ἀνθρώπων γένιοι τοῖς θεοῖς ὄμηλεται. οὐκ ἔστιν εὑρεῖν πλὴν οἱ γετεσγήκασι κάλλους (cf. etiam quae secuntur).

d. De Hermodoto et ceteris Luciani dialogis.

Praeter Amores, Imagines, Charidemum etiam aliorum Luciani dialogorum vestigia in Hermodoto insunt atque primum quidem totae sententiae Lucianeae in Hermodoto repetuntur.

Hd. 36 sq. καὶ προσελθόντες εὗρουν αὐτὸν βιβλίου ἐν ταῖς γέροντας ἔχοντα cf. Nigr. 2 καὶ παρελθόντων εἴσω καταλαμβάνω τὸν μὲν βιβλίου ἐν ταῖς γέροντας ἔχοντα.

Hd. 827 sq. τίς οὖν τοιοῦτον ἀγάπησιον κάθαρμα φῦκος ἐντετριμμένον (cod. T habet ἐκτετρ.). καὶ τὰς παρειὰς ὑπογεγραμμένον (cf. 914) cf. Merc. cond. 33 παρακαθίζεσθαι φῦκος ἐντετριμμένον καὶ ὑπογεγραμμένον τοὺς διφθαλμοὺς . . . καὶ τὸν τράγηλον ἐπικεκλασμένον (cf. Hd. 940 τὸν τράγηλον ἐπικλῶν). Similia leguntur etiam Bis acc. 31. Rhet. praeac. 11. Hist. 8.

Hd. 842 γέρων δὲ εἰ μὴ παραπάντες cf. Dial. mort. 27, 9 παραπάντες ὁ γέροντος et Hermot. 27 εἰ μὴ τις οὕτω σφόδρα παραπάντες.

Hd. 84 sq. ἐγὼ δὲ τὴν θέσθην, εἴ τις συφροσύνη καὶ παιδείᾳ συντεθραμμένος καὶ λόγοις ἵκανθες ἐνωμένης οὐτε.. cf. Salt. 2 ἀνὴρ δέ τις ὁν καὶ ταῦτα παιδείᾳ σύντροφος καὶ φιλοτοσφίᾳ ώμιληκώς (cf. Merc. cond. 13).

Minus gravia haec exempla sunt: Hd. 546 πάντως δὲ ἀκούεις που καὶ σύ (cf. etiam Hermipp. p. 1, 9) cf. Dial. mort. 7, 1 οἵσθα γάρ καὶ σύ που (cf. etiam Dial. deor. 19, 13; Pro imag. 25; Gall. 13. 14).

Hd. 789 ἀγγόνη τοῦτ' ἀν εἴη (cf. Mus. 179) cf. Tim. 45 ἀγγόνη γάρ ἀν τὸ πρᾶγμα γένοιτο.

Hd. 899 sq. καὶ τί ἀν ταῦτα καθ' ἔκαστα διεξιών οὐτε.. cf. Jup. conf. 17 ἵνα μὴ τὰ νῦν λέγω καθ' ἔκαστα ἐπεξιών.

Deinde eadem exempla ex historia et fabula Graecorum et a Luciano et a Katrario adhibita sunt ita, ut etiam verba consentiant. Hd. 281 sq. coniunguntur Anchises, Attis, Ganymedes, Endymion, qui a diis adamat sint; idem fit Deor. Conc. 8; Katrarium autem ex Luciano hausisse vel inde appareat, quod verba ἐάσεις μοι δοκῶ hoc ipso loco in utroque scriptore leguntur; praeterea omnia haec nomina eadem ratione coniuncta apud nullum scriptorem inveni.

Pauci poetarum loci qui in Hermodoto leguntur, ex Luciano petiti esse videntur. — Insignissimus locus est Hd. 921 sq. τίς οὖν οὗτος δυσέρως . . . τί δέ; οὐχὶ καὶ ἡς
βαθυκήτεα πόντον καὶ πετρῶν κατ' ἡλιβάτων φέρων ἐποτὸν
ὕδατον; (Theogn. 175 sq.) cf. Tim. 26 οὗτος τοι δυσέρωτας
ὄντες ὅστε καὶ ἡς βαθυκήτεα πόντον φέρουτες ἔρριψαν αύτοὺς
καὶ πετρῶν κατ' ἡλιβάτων (cf. Mere. cond. 5; Apol. 10). Eundem locum Theognidis habent etiam Stobaeus flor. 96, 16 aliique scriptores plurimi (cf. Bergk Poet. lyr. II p. 134 sq.). apparet autem eum Luciano deberi, quia eadem ratione et a Luciano et a Katrario verbis φέρεται
et δυσέρως consentientibus mutatus est.

Magis triti ob eamque causam minus graves hi loci sunt: Hd. 211 sq. τίς δὲ κάλλιστος ἀνὴρ ἐπὶ τῷ Ὑδαίῳ
ἐλθεῖν ὄμολόγηται; (Hom. B 671) — Luc. Dial. mar. 25,1 (idem locus e. g. repetitur Stob. flor. 65,3) —
Hd. 892 sq. Arat. Phaen. 1 sq. profertur, quod etiam
fit Nigr. 16; Prom. 18; Icar. 24; quam multi tamen
scriptores hunc locum et descripserint et imitati sint,
ex iis exemplis apparet, quae Ernestus Maass huic loco
adnotavit.

II. De Musocle.

Postquam Hermodotum dialogum vere Lucianeum
esse constat, etiam in Musocle, quippe qui eodem codice
quo Hermodotus tradatur, vestigia Luciana quærenda
sunt. Frustra autem inter eos libros, qui Luciani feruntur,
dialogum aliquem quæreres, quem ut Amores, Imagines,
Charidemum Hermodotus, ita Musocles imitandum sibi
sumpserit. Atque tota Musoclis forma incomptior est, quam
ut eam imitatione aliqua expressam esse putaveris. Unum
tamen non sine artificio confeceit scriptor, illam avium
orationem dico, qua humanam vitam vitae bestiarum

opponit (Mus. 318—428). Quis autem, cum eam legerit, non de Aristophanis Avibus cogitaverit? Ac re vera in Aristophanis illa fabula (v. 676 sq.) similiter hominum et avium vita comparatur. Musoclis autem scriptorem de Aristophane cogitavisse, cum hanc avium orationem componeret, et Katrarium omnino Aristophanis fabulas legisse vel inde apparet, quod complures Aristophanis loci per omnes tres dialogos sparsi inveniuntur (Hd. 1036 sq. Mus. 291, 424 sq. Hermipp. p. 33, 10 = Aristoph. Av. 693). Quamquam igitur Aristophanes praeceps Musoclis scriptorem adlexit, tamen ne Luciani quidem vestigia plane a Musocle absunt; sunt autem singula verba et sententiae quibus Lucianum se sequi prodit. Quae sint, videamus.

Mus. 46 sq. ὁ καθ' ἡμέραν φθόνος ἐπιφερόμενος καὶ μῖσος ἐγειρόμενον καὶ ἐπιβουλαὶ μυρίαι κτλ. et 163 sq. φθόνον δὲ καὶ μῖσος καὶ διαβολὰς παρὰ τῶν ὑποδεεστέρων ἐγείρει cf. Nav. 39 ἐπιβουλαὶ μυρίαι καὶ φθόνος παρὰ τῶν συνόντων καὶ μῖσος καὶ κολακεία.

Mus. 127 sq. πλείω τὰ ἀνιαρὰ τῶν ἥδέων ἐπιγενόμενα cf. Char. 18 πλείω τῶν ἥδέων εὑρίσει τὰ ἀνιαρὰ προσόντα αὐτοῖς (cf. Nav. 41).

Mus. 224 σπουδαῖον οὐδὲν κάνταύταις cf. V. A. 13 σπουδαῖον οὐδὲν ἐν αὐτέοισιν.

Mus. 281 sq. ὕσπερ ὁ Ἰκαρος οὐρανόθεν καταπειζών Imag. 21. οἱ Ἰκαροι . . . εἰς πελάγη . . . ἐμπίπτοντες.

Mus. 278 Κροῖσος ἐκβαίνων ἐπὶ τὴν πυράν cf. Jup. trag. 23 Κροῖσος ἀγαβαίνων ἐπὶ τὸ πῦρ.

Mus. 335 sq. λίθοις δὲ πολυτελέσι καλύψαντες, ἀκριβείᾳ δὲ γραφῆς καὶ ποικιλίᾳ γρωμάτων ἀσκήσαντες cf. Imag. 11 λίθοις τοῖς πολυτελέσιν ἡσκημένος καὶ γρυσῷ καὶ γραφαῖς διηγήσιμένος.

Mus. 543 ὑπερβαίνειν τοὺς ὄρους τῆς φύσεως cf. Abd. 4 ὑπερβαίνειν τοὺς ὄρους τῆς τέχνης.

Mus. 552 μηδεμίαν ἔτέρῳ λελοιπότα ὑπερβολήν cf. Icar. 7 μηδεμίαν τοῖς ἄλλοις ὑπερβολὴν ἀπολιμπάνειν (cf. Abd. 19).

Proverbium Musoclis scriptor a Luciano petivisse videtur: Mus. 59 sq. ὅσπερ ὃν εἴ τις ὅναρ μὲν ὑπερπλουστοίη, ἀνεγράψενος δὲ μηδὲν ἔχοι cf. Gall. 1 ὅπως μὴ ὅναρ πλουτῶν λιμώττης ἀνεγράψενος.

Dictionis Lucianeae tenorem potius quam res et verba scriptor sequitur Mus. 429 sq. ἂν ταῦτα τὸ τῶν ὄρνιθων γένος . . . λέγῃ. τί ἀν τις ἀντείποι: cf. Hermot. 30 εἰ ταῦτα λέγοιεν, τί ἀν ἀποκρινούμην αὐτοῖς: Mus. 551 ὡς θαυμάσιόν τινα βίου, ὁ Μουτόκλεις, διηλθεῖς: cf. Nav. 9 θαυμάσιόν τινα φῆς κυβερνήτην.

III. De Hermippo.

Quoniam Hermippus de astrologia dialogus in codice Taurinensi eiusdem Katrarii esse traditur, etiam in hoc dialogo Lucianum expressum esse suspiceris. Et re vera insunt, quamquam ne Hermippi quidem dialogi forma ex Luciano similiter atque Hermodoti sumpta est, multa verba verborumque coniunctiones, quae Lucianum redolent, atque plura quam in Musocle. Unde tandem Hermippi scriptor initium dialogi p. 1,3 ἀλλ' ἣ τοιοῦτον τι . . . ὄποιος οὐτ. sumpsit nisi ex Imaginibus Luciani, qui dialogus ab iisdem verbis incipit, ex quo dialogo etiam sumpta sunt, quae p. 3,13 leguntur ἐξ βιβλίου ἐγγραψάμενον? (cf. p. 1,18) cf. Imag. 23. Sed etiam ceteros Luciani dialogos se legisse Hermippi scriptor prodit.

Res non minus quam verba consentiunt Hp. 9,24 τὴν τοῦ πειρολογίου καὶ σύρανοῦ ἐμβατεῖς καὶ θαλάττης ὑγρὰ τέμνεις καὶ λευκία καὶ τοῖτων τὰ μεγέθη μετρεῖ (sc. ὁ ἀνθρωπός) cf. Icar. 6 καὶ τὸν ἥλιον περιεμέτρουν (sc. philosophi) καὶ

τοῖς ὑπὲρ τὴν σελήνην ἐπειδάτευον καὶ . . . ἀστέρων . . . μεγέθη . . . διεξῆσαν κτλ.

Hae sententiae totae ex Luciano sumpta sunt:
 Hp. 1,4 sq. ὅποιος ἐκ τῶν λόγων ἀναφαίνῃ cf. Tox. 63
 οὗτος . . . σὺ διεφάνης ἀπὸ τῶν λόγων. — Hp. 2, 3 εὐ γε
 ἐκείνη παιοῦσα verbo omissa. cf. Dial. deor. 23,2. —
 Hp. 2,5 ἐγὼ δὲ τὴν . . . δόξαν ἐπειθύμουν ἀκοῦσαι cf.
 V. H. 2,20 καὶ μὴν κακεῖνο ἐπειθύμουν εἰδέναι (cf. Anach.
 18). — Hp. 33,2 καὶ μήν, ὡς Ἐρμιππε, τὰ μὲν ἄλλα καλῶς
 καὶ ως οὐκ ἐγρῆγος ἄλλως διῆλθες cf. Pisc. 28 εὖ γε ὑπὲρ
 ἀπάντων καλῶς ὑπόταχ ἐγρῆγος εἴρηκας. — Hp. 33,5 τοῦτο
 δὲ οὐκ ἄλλοτριον τὴν παρούσης σπουδῆς. cf. Hist. 6
 μακρόν τε ἀν εἴη ἐπειλθεῖν καὶ τὴν παρούσης ὑποθέσεως
 οὐκ ἔδιον. — Hp. 47,26 μόνοι ἀν εἰσιν εἰδέναι καὶ φυλάττεται
 τοῦ σοφοῦ cf. V. A. 23 μόνου ἀν εἴη τοῦ σπουδαίου. —
 Hp. 54,19 τῶν λεγομένων μάρτυρες ἀξιόγρεψ cf. Jup. trag.
 10 ἀξιόπιετόν σοι μάρτυρα τὸν Ὀμηρον παρέξομαι. — Hp.
 69,14 καὶ μόνον καλῶ σοφὸν καὶ εἰ βούλει φιλόσοφον cf.
 Hermot. 76 φιλαλίθη τε κάλει τὸν τοιοῦτον . . . καὶ εἰ
 βούλει φιλόσοφον.

Proverbia fortasse Hermippi scriptor haec ex Luciano petivit: Hp. 41,2 γῆγος ὁ φασιν οὐρανῷ μιγνύναι (cf. Hd. 1169) Prom. 9 τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἀγαρεμῆγθαι et 43,4 sq. ὑπὲρ τὰ ἐπικαμμένα πηδᾶν = Gall. 6.

Exempla ex historia et fabula Graecorum eadem apud Lucianum et in Hermippo leguntur haec: Hp. 1,3 τὸ τοῦ Ηρωτέως παρ' Ὀμήρῳ φάσμα τὴν . . . πάντα γάρ
 ἀτεχγῶς γενόμενος κτλ., cf. Hd. 937 cf. Peregr. 1 αὐτὸ δὴ
 ἐκείνο τὸ τοῦ Ηρωτέως Ὀμηρικοῦ ἐπαθεύτη πάντα γάρ δόξης
 ἔνεκα γενόμενος κτλ. (cf. etiam Salt. 19; Dial. mar. 4.) —
 Hp. 66,13 Aristoteles τῆς φιλοσοφίας αὐτὸ τὸ κεφάλαιον cf.
 Pisc. 14 Ἀριστοτέλης καὶ οἱ ἄλλοι πάντες αὐτὰ δὴ τὰ
 κεφάλαιά μοι τῶν μαθημάτων. (cf. Herod. 8; Scyth. 5).
 Hp. 71,8 ἀδυτα Τροφωνίου cf. Necyom. 22 ἐκείνο . . .
 ἔστι τὸ ιερὸν Τροφωνίου.

Hos poetarum locos et Lucianus et Hermippi scriptor esdem attigit, quibus locis, nisi iam Hermippi scriptori Luciani dialogos cognitos esse constaret, nihil sane efficeretur, quoniam nimis triti sunt. Hi sunt loei: Hp. 33,9 εἰ δὲ θέλεις καὶ ταῦτα διάγραψαι ὅπερ ἐν εἰδῆς (Hom. Z 150) cf. Sacrif. 14. — Hp. 53,11 οὐδὲ κατὰ τὸν ποιητὴν . . . ἀπαρτα καὶ ἀνίρωτα πάντα φύεται (Hom. I 109 Ω 118) cf. Merc. cond. 3; Rhet. praec. 8; Sat. 7, 20; multisque et Luciani et aliorum locis idem versus legitur.

Haec exempla, quae ex Luciani dialogis ad dialogos Lucianeos comprobando non sine labore congregari, sufficiant, ut quae volui doceam. Maxime autem ea re Hermippus dialogus, de quo adhuc temporis nihil certius constabat, certo dialogorum ordini inseritur. Atque si in capite insequenti dictionis Lucianeae singularitates, quae in dialogis reperiantur, colligemus, nostro iure etiam Hermippum conferemus.

IV. De Katrarii dictione Lucianea.¹⁾

Exemplis, quae in hoc capite adlaturus sum, nihil certe efficeretur, nisi iam comprobatum esset Lucianum fontem esse dialogorum. Congessi enim etiam illas dictionis singularitates minores, quas in aliis scriptoribus praeter Lucianum legi non nego, quas tamen, quoniam de Luciano fonte Katrarii non iam dubitatur, ipsas quoque ex Luciano petitas esse verisimile est. Atque in hoc capite primum adferam formularum et transitionum rhetoriarum mirum consensum; atque haec inveni exempla.

Hd. 403 sq. τοῦτο γάρ . . . τι ἀν σοι λέγομεν (cf. 51. 100. 822. 916. Mus. 247) cf. Tox. 19 καὶ τὰ μὲν πολλὰ

¹⁾ De Luciani dictione cf. De Mesnil Grammatica quam Lucianus in scriptis suis secundus sit ratio eum antiquorum Atticorum ratione comparetur. 1867. W. Schmid. Der Atticismus in seinen Hauptvertretern. I 216 sq.

τί ἂν τις λέγοι. Philops. 25 καὶ τὰ μὲν ἄλλα τί ἀν ὑμῖν λέγομεν. cf. Conviv. 6. Jup. Conf. 8. Gall. 13. Amor. 14. Icar. 16, ubi similes formulae leguntur.

Hd. 105 sq. καὶ τί δεῖ πλεῖστοι λέγειν ὅπως γε καὶ .. (eadem Hp. 52,27 et Mus. 140) cf. Icar. 9 τί γρὴ καὶ λέγειν. ὅπως καὶ et similia aliis Luciani locis e. g. Philops. 13. Necyom. 4. Salt. 17. Paras. 52 al.

Hd. 392 al. Mus. 314. Hp. 55,11 al. ἐῶ γάρ λέγειν cf. Bis acc. 1. Dial. mort. 14,4. De Dom. 18 al. — Hd. 288 ταῦτα μὲν ἔάταιν μοι δοκῶ cf. Deor. conc. 8. Peregr. 10. — Hd. 549 παραλείψειν μοι δοκῶ. Hp. 21,3 παραλείπειν μοι δοκῶ cf. Catapl. 26.

Hd. 113 ὅ.τι καὶ λέγειν ἔχεις et 129 εἰ τι καὶ λέγειν ἔχεις cf. e. g. Hermot. 8. Dial. mort. 5,2. 28,3. Jup. trag. 14. 16. 31. — Hd. 694 ἐκεῖνό γε πρώτου ἀν εἰπεῖν ἔχομεν. cf. Dial. mort. 30,3 οὐ γάρ δή ἐκεῖνό γε εἰπεῖν ἔχει τις ἄν.

Hd. 556 ὃν μικρῷ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν. 812 οἵς γάρ μικρῷ πρόσθεν . . . εἴρηκας. 1114 οἵς μικρῷ πρόσθεν ἔφης. Mus. 512 ἐν οἵς μικρῷ πρόσθεν διεξῆσεν. Hp. 16,12 ὁ δή μικρῷ πρόσθεν ἐλέγομεν et 58,20 μικρῷ πρόσθεν ἐλέγετο. Imag. 20 γίζ μικρῷ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν. Hermot. 18 ὁ μικρὸν ἐμπρόσθεν ἐλεγον et 47 ὁ μικρὸν ἐμπρόσθεν ἐλεγεις. Anach. 28 ὕσπερ ἔφηγεν ἐμπρόσθεν etc.

Hd. 210 sq. μικρὸν ὕστερον ὅποιόν ἐστιν εἰσόμεθα. cf. Prom. 7 εἰ . . . μικρὸν ὕστερον εἰσόμεθα.

Hd. 581 καὶ μοι ἐνταῦθα πρόσεχε τὸν νοῦν (cf. 530) cf. Conviv. 43 καὶ μοι πάνω πρόσεχε τὸν νοῦν.

Hp. 26,25 ὁ τοῖνυν γῆλοις ὅτι μὲν . . . περιέπει, ἵκανῶς γῆμιν δέδεικται (cf. 43,27. 64,27.) cf. Paras. 13 ἀλλ' ὅτι μὲν τέχνη ἐστὶν γῆ παρατική. . . . ἵκανῶς δέδεικται.. Abd. 19 et Paras. 31 similia scripta sunt.

Hp. 17,17 θεωρεῖν πρόκειται cf. Paras. 54 πρόκειται γῆμιν ἔγραψεν.

Hp. 2,23 γῆδεως γάρ ἀν ἐρούμην αὐτούς et 62,24. cf. Nigr. 1. γῆδεως ἀν παρά τοι παθούμην (Dial. deor. 19,13.

Dial. mort. 13,4. Deor. conc. 13. Jup. Conf. 10 al. similes sententiae repetuntur.)

Hp. 54,20 ὕσως ἀν τις ἀντεῖποι. Mus. 293 ὕσως ἐρεῖς. cf. Prom. 16 ἔτι καὶ τοῦτο ὕσως φαίης ἀν. ib. 17 ὕσως φήσεις.

Hp. 63,7 φαίης ἀν οὐκ ἀπεικότως. cf. Apol. 4 οὐκ ἀπεικότα γοῦν λέγοτεν ἀν.

Deinde Katrarius ea re Lucianum imitatus esse videtur, quod eadem synonyma vel verba similis notionis inter se coniungit.

μοιχεία βίᾳ ἀρπαγῇ Hd. 310 cf. Paras. 56. Necyom. 3.

λῃροι σοφίσματα Hd. 690. cf. Somm. 7.

παρρησία ἐλευθερία. Mus. 298. cf. Dial. mort. 10,9. 11,3. Pisc. 17. Dem. vit. 1. 3.

περιπνευμονία ὄδερος φθόη. Mus. 342 sq. cf. Gall. 23. Sat. 28. Jup. trag. 23. Char. 17. Merc. cond. 31. Abd. 27.

φοβερός περίβλεπτος Hd. 58. cf. Catapl. 14.

σίκειος προσφύγεις Hd. 541. Mus. 218. 491. Hp. 6,2. 17,23. 29,25. cf. Herod. 1.

σεμνός περίβλεπτος Hd. 1194 cf. Pseudom. 12.

γρυποῖς ἀλοιφργῆς Hd. 1190 cf. Prom. es 29.

ἐγλωτός ψαλάριος Hd. 247 cf. Paras. 10.

ψαλάριος εὐδαιμόνιος ὄλβιος Mus. 117 sq. cf. Nigr. 1, ubi ὄλβιος loco legitur τριτόλβιος.

πολὺς πονιλος παντοδαπός Hp. 25,19. 9,15. cf. Cyn. 7. 11. Nigr. 36. Tim. 22.

πονιλος πολυειδής Hp. 30,20. cf. Icar. 17.

μικρός σύνιστος Hp. 59,3. cf. Eun. 6.

καθηρός ἀκήρατος Hp. 37,24. cf. Hermot. 7.

ἴν τι καὶ τὸ αὐτό Hp. 51,26. 4,9. cf. Paras. 27.

τυγχέν τυνταράττειν Hd. 854. Hp. 69,5. cf. Dial deor. 25,1.

προσκονειν ὑποκόπτειν Mus. 490. cf. Nigr. 21.

Sequantur adiectiva substantivi loco adhibita ita, ut cum eodem aut alio attributo coniuncta sint.¹⁾

οὐράνων τὸ εὐγραμμόν Hd. 563. cf. Imag. 6.

τὸ ἐνερευθὲς τῶν γειλέων Hd. 564 cf. Imag. 7.

τὸ εὐκαμπὲς τῆς ῥιγός Hd. 564 cf. Imag. 14.

τῷ καινοτέρῳ τῆς στολῆς Mus. 397 cf. Zeux 2; Philops. 20.

ἄκρον ἀρετῶν Mus. 268 cf. V. A. 23.

τὸ ἕδιον τῶν ζώων Hp. 62,1 cf. Harmon. 1.

τὸ αἴτιον τῆς ψυχρότητος Hp. 19,25. cf. Hermot. 71.

Deinde in studio genitivi partitivi Lucianus et Katrarius valde consentiunt.²⁾ Haec ex Katrario adnotavi exempla:

Hd. 264 καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀγαθῶν ib. 663 τὰ πρῶτα τῶν ὄντων. Mus. 112 ὀλίγα τῶν κακῶν ib. 485 τοῖς δεσμένοις τῶν φίλων. Hp. 41,13 τὰ ἔλωδη τῶν χωρίων ib. 44,21 τοὺς ἀπλανεῖς τῶν ἀστέρων. ib. 13,3 πρὸς τὰ καινότερα τῶν συμβαίνοντων.

Denique summatim etiam singula verba et verborum iuncturas componam, quae et in Luciani et in Katrarii dialogis leguntur. Ordinem sequar dialogorum Katrarii.

Hd. 8 κάλλιστον ὀψόμενος θέαμα cf. Dial. mar. 15,2. Zeux. 7.

Hd. 49 οἱ γὰρ ἐπαύου καὶ σὺ θαυμάζων cf. Anach. 12 οἱ γὰρ οἱδα ως οὐκ ἂν ἐπαύσω καὶ σὺ ἐπαινῶν.

Hd. 133 ἀνατείνειν τὰς ὄφρους cf. Tim. 54. Neeyom 4.

Hd. 382 τὴν πρὸς τὰ γείρω μεταβολήν. Hp. 1,14 ἡ ἐς ἀπων μεταβολή. cf. V. H. 1,30 ἡ πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολή.

Hd. 395 γνώριμον ἀπαντει cf. Calumn. 7. Herm. 59.

Hd. 512 ἐκκόπτεσθαι τοὺς ὄφθαλμούς. cf. Hist. 38. Tox. 34.

¹⁾ Cf. de hoc Luciani studio W. Schmid l. l. I 233.

²⁾ Cf. Schmid l. l. 234 sq. 88.

Hd. 564 ὅτιρ οὐκ ἐπανθεῖ ἐρήμημα. 565 τὸ τῶν ὄμηράτων γαροπόν. 113.5 κόρηγν ἔσυθίγν. cf. Dial. mort. 1,3 ἡ ἔσυθή κόρηγν οἵτε τὰ γαροπά ἢ ρέλανα δηματα ἢ ἐρήμημα ἐπὶ τοῦ προσώπου.

Hd. 677 τροφάς ἀπερίττως cf. Nigr. 26.

Hd. 806 ἀνάρπαστον γέγνεσθαι cf. Char. 17.

Hd. 824 ἐπὶ οἰδενὶ γρηγορῷ . . . εἴρηται cf. Jup. Conf. 7.

Hd. 941 καταπίνειν τοὺς θεατάς cf. Salt. 27.

Hd. 1075 γαμαὶ ἔργεσθαι cf. Herm. 5. Icar. 6.

Hd. 1100 καὶ οἶκοις ἀνατάτοις ποιεῖ cf. Calunn. 1 ὥρα ἦν οἶκοι ἀνάτατοι γεγόνασιν.

Hd. 1113 ἀνοι καὶ κάτω στρέψειν cf. Abd. 9.

Hd. 1162 θηλοὶ οἵσα καὶ ἀγεννῆς καὶ . . . δηλον ὡς γυναιξὶ φᾶλλον προστίκειν. cf. Dem. vit. 12 ἀγεννὲς καὶ γυναικεῖον καὶ φιλοτοσφίᾳ ἔκπιστα πρέπον.

Mus. 30 ἀπρίξ ἔχεσθαι cf. Neeyom. 5.

Mus. 187 ἐκκείσθαι πακίσις cf. Abd. 28 νόσοις.

Mus. 193 οἱ περὶ . . . σμικρολογούμενοι cf. V. A. 17 τὴν περὶ ταῦτα σμικρολογίαν.

Mus. 233 εἰ καὶ πρὸς τὸν ἄκρον βίον ἀφίκετο cf. V. A. 23 πρὸς τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς ἀφίξομένοις.

Mus. 542 αὐτοπρόσωπος θέα τῶν ὄντων cf. Tim. 27 αὐτοπρόσωπον κάλλος.

Mus. 545 πρὸς τὸ ἀναντεῖ τείνειν cf. Icar. 22.

Ιρ. 3,10 ἴδοι τι γρῆμα 29, 4 πάλλεστιν τι γρῆμα cf. Dial. mar. 1, 6 παρκαλόν τι γρῆμα.

Ιρ. 3, 13 ἔστι μὲν οἱ τῶν πάνω ἑράτων cf. Salt. 35 ὡς πάθης οἱ τῶν ἑράτων καὶ τῶν εὑρεταγειρίστων . . . τὴν τέχνην.

Ιρ. 4, 23 τάληθὲς ἀποκρυψάμενοι cf. Herm. 33.

Ιρ. 17 παρὰ φαῖλον τιθέναι cf. V. A. 11 παρὰ οὐδὲν τιθέσθαι.

Ιρ. 37, 2 διερρυγότες ὥπε τρυφῆς. Dial. mort. 11,4.

Ιρ. 40, 13 sq. οἱ δυναστείας ἢ δόξας καὶ γάμους, οἱ δὲ πλεύτοις καὶ νίκαις κτλ. cf. Icar. 4 πλεύτοις λέγω καὶ σρῆραις καὶ δυναστείας. Nigr. 4. Neeyom. 12. Hermot. 7.

Hp. 62, 25 ὡς ἀπὸ μηχανῆς θεόν cf. Hermot. 86,
Philops. 29.

Hp. 63,14 πάντων δὲ ἀτοπώτατον ib. 52, 19 καὶ οὐδὲν τις οὐδεπον cf. Neccom. 4 καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον.
Pseudol. 27 οὐδὲν οὐδεπον.

Hp. 66,11 ἀνὴρ τοῦ παντὸς ὃν ἔμοι γε ἄξιος cf. Hist.
34 υἱὸλον δὲ τοῦ παντὸς γῆν ἄξιον.

Hp. 69,24 ἐνδοιάσας μηδέν cf. Hermot. 28.

V. De genere et aetate scriptoris dialogorum.

Ex iis quae exposui luce clarius appetet Hermodotum dialogum tamquam Lucianeum esse neque in Musocle et Hermippo deesse Luciani vestigia. Quamquam autem nimis serviliter Lucianum scriptor imitatus esse videtur, tamen et ex suo ingenio non nihil addidit et praeterea alios Graecorum scriptores praeter Lucianum adiit. Primum enim ipsam formam Hermodoti, quam ex Amoribus sumptam esse vidimus, amplificavit, in Musocle autem et Hermippo dialogis componendis forma certi alicuius Lucianei dialogi ei obversata non est. Deinde tantus in dialogis est splendor sermonis tantaque graecitatis puritas, ut plane aspernari tamquam vilem scriptorem Katrarium nequeamus; talia autem eo magis mirabimur, cum viderimus, qua aetate dialogos nostros scriptos esse verisimile sit. Postremo praeter Lucianum etiam alios Graecorum scriptores Katrarius legit.

Stobaei florilegium ei cognitum fuisse in Hermodoti et Musoclis editione adnotatum est; etiam in Hermippo ciusdem florilegii excēpta latere exploratum habemus et ab Eltero propediem demonstrabitur. Alterum Katrarii fontem Aristophanem iam commemoravi, cum de Musocle

dicerem.¹⁾ Addo Arati Phaenomena, quae certe scriptori ignota non fuerunt. (cf. Mus. 420 Hp. p. 67 sq. Hd. 892) Tertium Hermippi fontem Kalbfleisch edidit (Abh. der Berl. Akad. 1895 app.; cf. Kroll et Viereck p. IV). Sed ne his quidem scriptoribus enumeratis omnes Katrarii fontes expedivi; restant enim multi Homeri loci (Hd. 168, 171, 173, 189, 211, 222, 226. Mus. 30, 91, 120. Hp. 1,4, 33,9, 43,20, 53,11, 71,3. cf. Kroll et Viereck ind. s. v. "Οργηρος"), deinde Hesiodi (Mus. 417. Hp. 53,13) tum Euripidis locus (Hd. 897) postremo Sophoclis loci (Hd. 71 = Hp. 3,8 et Hd. 1161 = Soph. El. 352), denique plurima ex historia et fabula Graecorum sumpta exempla; sed hoc loco, quoniam de Luciano solo agitur, expedire noluerum, unde haec omnia Katrarius sumpserit, utrum illos scriptores ipse adierit an fortasse aliquod florilegium nobis quidem ignotum adhibuerit, quibus haec omnia continebantur. Meum erat demonstare Katrarium, quamvis Luciani fuerit imitator servilis, tamen in Luciano solo non acquievisse, sed etiam in universis Graecorum litteris multum versatum esse.

Etiam ad illam quaestionem, utrum plurimum an unius scriptoris sint dialogi codice Taurinensi una traditi, ea re quod Lucianus fons princeps eorum apparuit, non nihil efficitur; unum tamen esse scriptorem praeter illud quod a librario codicis Taurinensis eidem Katrario attribuuntur, aliis rebus demonstratur. In commentario enim editionis Elteri multae trium dialogorum similitudines iam adnotatae sunt, accedunt iidem scriptores in dialogis adhibiti, praeceteris Stobaeus; quod Lucianum in tribus omnibus dialogis expressum esse probavimus, dubium non iam est, quin unius scriptoris dialogi sint.

In iis quae praefatus sum, iam dictum est de aetate Katrarii adhuc nihil constare; sed vel inde quod Lucianum imitatur, aliquo modo definiri potest, qua

¹⁾ Cf. supra p. 16 sq.

aetate fuerit. Suo enim iure Erwinus Rohde (Byzant. Zeitschr. V 15) Philopatridem dialogum, qui inter Luciani libros traditur, decimo demum saeculo scriptum esse posse contendit, quia inde ab illa aetate Lucianus iterum legi coeptus esset; idem autem cadit in dialogos nostros. Deinde supra docuimus Charidemum qui Luciani fertur dialogum a Katrario adhibitum esse haud aliter atque ceteros Luciani dialogos. Jam vero Rothstein in libro celeberrimo „Quaestiones Lucianeae“ Berol. 1888 ostendit Philopatridem, Charidemum, Neronem dialogos non multum ante editionem principem in corpus librorum Luciani irrepisse, quippe qui dialogi ab omnibus melioris notae codicibus abessent. Quodsi Katrarius Charidemum in Luciani libris legit et vere Luciani esse putavit, Hermodotus scriptus non est, priusquam Charidemus Luciani esse putatus est; post duodecimum igitur vel tertium decimum saeculum dedueimur.

Sed etiam alia via ex imitatione Luciani ad aetatem Katrarii definiendam pervenire poterimus, si historiam studiorum Lucianeorum persequemur. Lucianum enim multum lectum esse vel inde appareat, quod tam multi libri ei dantur, qui vere eius non sunt.¹⁾

Deinde multi scriptores Luciani scripta imitati sunt, quorum tamen nemo Luciani ingenium plane attigit, quoniam labente litterarum aetate scribebant. Imitari enim cooperunt Lucianum inde a saeculo decimo, atque duplex Luciani imitandi genus apparuit. Primum ita imitati sunt, ut singulas sententias et singula verba ex Luciano sumerent, cuius generis sunt Philopatris, quode supra dictum est²⁾, Φλωρέντιος ἡ περὶ φιλοσοφίας dialogus

¹⁾ Cf. de libris subditiciis Luciani quae Fritzsche praefatus est ad editionem Luciani et programmata quae J. Bieler de hac re scripsit.

²⁾ Nuperrime de hoc dialogo scripsit et omnia quae antea scripta erant congregavit J. Stach De Philopatride. Cracoviae 1897.

quem Nicephoros Gregoras, quarti decimi saeculi scriptor, composuit, libri Tzetzis multorumque aliorum. Alterum genus eorum est qui dialogum certum Luciani plane compilant. Huius generis sunt praeceipue Timarion et Mazaris dialogi, quibus Neocyomantia Luciani exemplo fuit, deinde Theodorus Prodromus, qui cum dialogum Βίον πρᾶξις ποιητικῶν καὶ πολιτικῶν conserveret, Luciani dialogum βίον πρᾶξις adhibuit. His adnumerandus est etiam Manuelis Philes qui in hymno quodam Luciani Actionem imitatus est. Katrarius autem inter illa genera duo medius stat, cum et dialogos totos Luciani imitandos sibi sumperit et ceteros quoque Luciani dialogos se legisse prodiderit. Ex ea autem re de aetate Katrarii nihil certius concludi potest, quia omnino certus temporum finis inter illa quae dixi genera duo imitationis Luciani inveniri non potest. Hoe autem efficitur eum non multum afuisse a Prodromo, qui ipse quoque in dialogo, cuius mentionem feci, et dialogum totum Luciani imitatus est et ceteros Luciani dialogos adhibuit. Addendum igitur iterum ad saeculum duodecimum vel tertium decimum.

Auctus igitur, ut summam iam faciam, numerus eorum scriptorum est, qui Byzantina aetate Lucianum imitati sunt, cum Katrarium iis addendum esse appareret. Etiam plures autem fuisse, qui eundem scriptorem sequentur, B. Hase¹⁾ memoravit, cum doloreret tam multis eiusmodi librorum codices in bibliothecis latere a philologis nondum descriptos. Inde autem, quod Katrarius Lucianum secutus est, conclusimus eum ante XII saec. non fuisse, ut ad diversam aetatem adduceremur atque Kroll et Viereck, qui Hermippum V vel VI saec. scriptum esse suspicati sunt. Deinde Hermippum, quode nihil

¹⁾ Cf. Notices et Extraits IX 2.


adhuc constabat, in certum dialogorum ordinem inseruimus, cum eum Lucianeum esse doceremus. Denique de genere scriptoris Katrarium cognovimus scriptorem quamvis servilem aliorum imitatorem tamen qui ingenio non careret et satis multum in litteris graecis versaretur, ut libri eius non sine fructu legantur.


VITA.


Natus sum Franciscus Schumacher Coloniae a. h. s. LXXIV d. XXIX m. Dezembris patre Friderico Guilelmo, quem superstitem esse gaudeo, matre Anna Maria, quam ante hos quinque annos mihi creptam esse valde doleo. Primis litterarum elementis imbutus gymnasium adii, quod adhuc Oscario Jaeger rectore Coloniae floret. Vere a. XCIV testimonio maturitatis instructus per bis senos menses in hac universitate litterarum graecarum et latinarum studio vaeavi. Vere a. XCV ad Academiam Monasteriensem me contuli, unde tamen post sex menses ad hanc universitatem redii, cuius adhuc civis sum. Docuerunt me v. d. Andresen Hagemann Hosius Langen † Stahl Monasterienses, Buecheler Brinkmann Elter Foerster Koser Litzmann Loescheke Neuhaeuser Nissen Solmsen Usener Bonnenses. Buecheleri Elteri Useneri benevolentia mihi contigit, ut in seminarium philol. Bonn. reciperer, eius per quatuor senos menses sodalis ordinarius fui. Exereitationibus historicis de Bezdold Menzel † Nissen, grammaticis Buecheler, philosophis Bender et Neuhaeuser benigne me admirerunt. Quibus viris cum omnibus gratiam habeo maximam tam Eltero, qua benevolentia me et semper et in dissertatione de Katrario componenda adiuvit.

Sententiae controversæ.

- I. Katrar. Hermod. 615 legendum propono εἴτις τούτους ἔχει τοις λέγειν ως ἀπαντά ἐν ἀνθρώποις οἵσις (traditur οἵσις) τέγμας καὶ ἐπιστήμας κτλ.
 - II. Falso offendunt in Aesch. Pers. 273 sq. γάρ οὐ πάντα Ασίδος γῆς
ἐπί αἰσαν δίσαν Ελλάδα γάραν.
 - III. Cic. de fin. I 10 conicio ,ego autem morari (traditur mirari)
non queo.'
 - IV. Ovid. trist. I 5, 61 sq. legenda sunt ,Nos freta sideribus
linter (tradit codex Laurentianus ,in te r') distantia mensos
Detulit in Geticos Sarmaticosque sinus.'
 - V. Sen. ep. 40,4 ,incomposita debet esse' quae traduntur
tenenda sunt.
 - VI. Grammaticae latinae et graecae in gymnasiis plus temporis
et studii quam nunc solet navandum est.
 - VII. Litterarum latinarum studium a graecis seiungi nequit.
 - VIII. Horatius enim epistulam ad Pisones conscriberet Aristotelis
artem poeticam imitandam sibi non proposuerat.
 - IX. Oedipus Coloneus fabula a Sophocle iam initio belli Peloponnesiaci scribi copta est.
 - X. Lucianus Amores dialogum ipse non scripsit.
-







PA Schumacher, Franz
5319 De Ioanne Katrario Luciani
K3S3 imitatore
1898

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

